



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 35. S. Anselmus Lugduni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

Sæcul. XII. exigunt, consuetudine & exemplo Ecclesia
A.C. 1105. Romanæ causam suam tuentur, dicunt
enim, Romæ Cubicularios & eos qui offi-
ciis in Palatio præsunt, complura dona in
consecratione Episcoporum Abbatumve,
oblationem aut benedictionem obtendentes,
exigere, & ne quidem calatum vel char-
tam gratis suppeditare. Hæc objicienti.
Matth. 23, 3. bus quid opponam, nisi illud ex Evangelio:
quæ dicunt facite, quæ faciunt facere no-
lite?

§. XXXV.

S. Anselmus Lugduni.

Interim S. Anselmus Lugduni versaba-
tur, ubi sexdecim menses consumpsit,
scilicet totum annum millesimum cente-
simum quartum, & primos menses anni
millesimi centesimi quinti. Initio, nem-
pe postquam Guilielmus Varelvastus ab
eo discessit, epistolam dedit ad Regem
Angliæ, in qua postquam rationem eo-
rum reddidisset, quæ Romæ gesta fuerant,
& memorasset, quid ad se Guilielmus
abiturus dixisset, ajebat: *Non possum te-
cum vivere sicut Antecessor meus cum Pa-
tre tuo, quia non licet mibi homagium ti-
bi jurare, nec cum illis communicare, qui
a te Investituram Ecclesiarum acceperint.*
Hæc enim Papa, me præsente, prohibuit.
Quare, obsecro, scribe mibi, quæ tibi jam
mens sedeat, ut sciam, an mibi in Angliam
navi-

Edmer. 3.

navigandum sit. Qua epistola transmis- Sacul. XII.
sa S. Anselmus Lugduni responsum tran- A.C. 1105.
quillo animo expectavit.

Postquam vero Guilielmus Varelva-
stus in Angliam trajecisset, & Henrico
Regi, quæ acta erant, retulisset, ille omnes
Archiepiscopatus Cantuariensis census
ad ærarium suum comportari jussit, tum-
que haud diu post Archiepiscopo scripsit;
in Angliam non rediret, nisi prius con-
suetudines Regum parentis sui & fratriis
sui servaturum promitteret. Ergo An-
selmus Lugduni permanere statuit, ubi
complures epistolas ex Anglia ad se mis-
sus accepit, quibus mala, ipso absente,
nascentia edocebatur. In quadam ea-
rum sequentia legebantur: *Ad officia*
& Dignitates Ecclesiasticas evehuntur
Aulici indigni, Ecclesiae diripiuntur, op-
primuntur pauperes, rapiuntur Virgines
& corrumpuntur, Presbyteri nuptias ce-
lebrant, & plurima alia perpetrantur fla-
gitia, quæ cuncta a patria nostra avertere
potuisses, si antiquam consuetudinem &
dispensationis Ecclesiasticae Regulas satis
pensasses. Non debebas ab Ecclesia tua
discedere, etiamsi vinculis te dedissent, &
viscera tua a vivo corpore avulsissent. Tu
vero, quia Regis Legatus vocem unam ef-
futiit, fugisti, & oves tuas luporum fau-
cibus tradidisti. Te discedente illi vacil-
larunt, qui tecum generosa pectora impro-
bis

Lib. 4. Nou.

Sæcul. XII. bis objecissent, nam te absente, Duce &
A.C. 1005. Capite destituti sunt. Redi igitur, redi
 in Angliam, superest tantis malis reme-
 dium, plurimos in eximio opere adjutores
 habebis.

Anno secundo, postquam Anselmus
 Roma Lugdunum rediisset, scilicet an-
 no Salutis millesimo centesimo quinto,
 Papa, Concilio in Laterano, tempore
 Quadragesimæ, celebrato, excommuni-
 cationis sententia fériit Comitem Melan-
 chensem ejusque conscos, qui Regem
 Angliæ ad Jus Investituræ pervicaciter
 vindicandum impellere dicebantur. Il-
 los quoque, qui Investituram accep-
 sent, Papa excommunicavit. At in Re-
 gem nulla censura lata est, quia Legatos
 Romam missurus erat post Pascha, quod
 hoc anno millesimo centesimo quinto in
 Pasch. ep.
 100. nonam Aprilis incidebat. Tum Papa
 Anselmum, quæ in hoc Concilio gesta
 erant, datis literis edocuit.

§. XXXVI.

*Bruno Archiepiscopus Trevirensis
 Romæ.*

In illo Concilio vel certe in alio, anno
 superiore eodem mense celebrato,
 Bruno Archiepiscopus Trevirensis Papam
 adiit, anno tertio Ordinationis suæ, quam
 confirmari petebat. Papa honorifice ex-
 ceptum, ut Metropolitam primæ provin-
 ciæ